Sed miserabiliter ut post patuit demoniaca fraude seductus.
Cumque morbo ingravescente denuo ad eum visitandum addocen
dum rex intraret, clamat statim miserabili voce, Quid
vis modo quid huc venisti, Non enim mihi aliquid utilitatis
aut salutis potes ultra conferre. At ille noli inquid
ita loqui vide ut sanum sapias. Non inquid insanio sed
pessimam mihi scientiam certus prae oculis habeo. et quid inquid hoc est.
Paulo inquid ante intraverunt domum hanc duo pulcher
rimi iuvenes, et sederunt circa me unus ad capud et unus
ad pedes. Protulitque unus libellum pulchrum sed vehementer
modicum ac mihi ad legendum dedit in quo omnia quae umquam
bona feceram intuens scripta repperi. Et haec erant
nimium pauca et modica receperunt codicem neque aliquid mihi
dicebant. Tum subito supervenit exercitus malignorum et
horridorum vultu spirituum; domumque hanc et exterius
obsedit et intus maxima ex parte residens implevit. Tunc
ille qui et obscuritate tenebrosae faciei et primatu sedis
maior esse videbatur. proferens codicem horrendae visionis

A

Qui uidelicet uomeres modo cum magno tormento inre
punt in interiora corporis mei, moxque ut ad inuicem per
ueniunt moriar, et paratis ad rapiendum me demonibus inin
ferni claustra pertrahar. Sic loquebatur miser despe
rans, et non multo post defunctus, penitentiam quam ad bre
ue tempus cum fructu ueniae facere noluit in aeternum
sine fructu poenis subditus facit. De quo constat quia sic
beatus papa Gregorius de quibusdam scribit, non pro se ista
cui non profuere sed pro aliis uiderit. Qui eius interitu cog
noscentes differre tempus penitentiae dum uacant timerent,
ne inprouiso mortis articulo praeuenti inpenitentes perirent.
Quod autem codices diuersos per bonos siue per malos spiritus sibi uidit
offerri, ob id superna dispensatione factum est, ut meminerimus
facta et cogitationes nostras non in uentum diffluere, sed ad exa
men summi iudicis cuncta reseruari, et siue per amicos angelos
in fine nobis ostendenda siue per hostes. Quod uero prius candidum
codicem protulerunt angeli, deinde atrum demones, illi perparuum
isti enormem, animaduertendum est quod in prima aetate bona